



PRÆMITTITUR

VITA

B. RAIMUNDI LULLI.

Vita B. RAIMUNDI LULLI Tomo Primo MOGUNTIAE Impresso sat fusè refertur ex Authore Anonymo, qui B. RAIMUNDO LULLO extitit coævus. Fusius refertur ab aliis, præsertim à R. R. P. P. CUSTURERIO & SOLLERIO in actis Sanctorum ANTVERPIÆ Impressis. Nos breviter amantes ex Menologio R. P. FORTUNATI HOÛBER MONACHII Impresso Vitam istam producimus, ut aliqualem saltem hujus vitæ notitiam Lector acquirat. Sic autem habet laudatum Menologium die 29. Junii:

NUMIDIÆ in novâ Africâ (nunc BULGIAE) Anno 1315. RAIMUNDUS LULLUS tertium Ordinem S. FRANCISCI, & sanguine & Sanctitate, insigniter ac mirabiliter glorificavit. Parens ejus RAIMUNDUS LULLUS, Mater verò ex generosâ Familiâ HERILIIUM nobilium Cathalanorum, in Civitatis Majoricarum vico S. MICHAELIS, Anno 1236. hanc masculam Prolem Mundo ediderunt, in spem Mundanæ consolationis:
hinc

hinc adultum ad humaniora quidem literarum studia applicârunt, aversum tamen ab omni scientiarum genere, & Palatinæ vitæ adverterunt totaliter addictum. Proinde inter Regios Ephebos accommodatus, in aulâ valde curialiter promptus erga omnium obsequia arridet; donec ad Superiorem evectus Ordinem evasit JACOBI Regis Majoricarum Seneschallus, ac Regiæ domûs Præfectus. Pro more aulicorum, Mundanorumque Virorum, profanis amoribus applicatus, in dictandis DIONIDIS vel ADONIDIS cantilenis, non modò flagrantem juventam, sed etiam potiorum vitæ partem, inaniter consumpsit. Stulto denique amore passim consummatus, à quadam elegantissimâ, sed honestissimâ matronâ, facto prorsus stupendo, exordium suæ conversionis sumpsit. Cùm enim in remotiorem quandam Cameram introductus, ad nefarium adulterii opus anhelaret, fœmina quidem tanto Domino se se opponere non est ausa, aliâ tamen ratione luxurianti ejus pruritu occurrat: nam apertis audacter uberibus, absurdissimum cancri ulcus ostendit, & intolerabilem ejus fœtorem diffundit, penetranter affando: heus, nobilissime Domine, ut quid insanâ concupiscentiâ deperis hoc periculosum, incurabile & fœtidum ulcus! ô, si CHRISTO Redemptori tanta servitia præstiffes, quàm propinquè bonis operibus cœleste Regnum promerviffes? profundè capit fœminæ dictum RAIMUNDUS, domum

revertitur, corde ruminat transactæ vitæ ineptias, intensissimè dolet, lacrymatur amarè, proponit firmiter. Mox apparet illi **CHRISTUS**, inquit, **RAIMUNDE**, sequere me. Ergo ad frequentius iteratam vocationem, divitiarum fastum abjicit, Familiam dimittit, mundo renuntiat, ac venditarum rerum pretia in pauperes erogat. Toris deinde viribus orare incipit Dominum, ut ad conversionem gentium lumen, & donum scientiæ ei obingenii sui obscuritatem conferret. Tradunt aliqui (traditione certâ, si considerentur illa, quæ habet Dialogus inter amatorem veritatis & Discipulum Lullianæ Doctrinæ **MOGUNTIAE** impressus *Pag. 13. N. 6.*) eum in monte quodam post septennalem vitæ austeritatem, petitionem obtinuisse, descendendo autem de monte, in vineâ quadam sub Mastige considerandum pernoctâsse, ac manè folia advertisse in varias linguas & characteres efformata, nempe **GRÆCUM**, **ARABICUM**, **CHALDAICUM** & **LATINUM**; utpote quòd hisce gentibus Catholicam fidem esset annuntiaturus: arborem verò illam videntibus foliis, adhuc hodie, per omne tempus, etiam hyemale, florescere. Alii verò referunt, quòd **LUTETIÆ PARISIORUM**, à quodam **THOMA** Præceptore Anno 1275. Latinum idioma quadragenarius, porrò ex ingenti convertendi **MAHUMETANOS** desiderio, à quodam emptio servo linguam Arabicam didicerit. Illud certum est, quòd,
 licet

licet ejus Doctrina variis censuris & persecutionibus premeretur, ita, ut Author etiam pro histrione, magno hæretico, perditæ memoriæ viro, errorum Magistro &c. traduceretur; semper tamen post varios odiosissimos processus, pura, nitida, Catholica, salutaris, veridica & laudabilis fuerit inventa, permixta, approbata, vulgata, sancita: in quem etiam finem ROMÆ, Anno 1604. pro ejus autoritate libellus prodiit disertissimus. Nec desunt suprema oracula, & argumenta, quibus ejus integritas atque innocentia comprobantur: nam à Regibus Catholicis appellatur: *Magnus Magister in Philosophia ac Theologia.* à PHILIPPO PULCHRO & Christianissimis Regibus: *Organum Sancti Spiritus, & Doctor divinitus illuminatus.* Ab Italis, *Author artis Universalis, qui omne scibile docet.* Ab Anglicanis, *Magnus Philosophus Catalanus.* à Parisiensibus, *novus homo, novâ scientiâ dotatus: Doctor Venerabilis, & approbatus in suis artibus & scientiis.* à diversis aliis, *Clarus Mundi radius: suprema Minerva: utilitatis publicæ procurator: tenebrarum mundi lux, &c. Thesaurus absconditus, ab emulis exagitatatus, à superbis laceffitatus, condemnatus ab ignavis & imperitis, sed Magnus Dei servus, vir pius & doctus, ac divino plenus amore, & Cælesti prorsus scientiâ imbutus.* Quid non boni operatus est ad propagandam fidem Catholicam, maximè in AFRICA, ARABIA, TUNIS, BUGIÆ, NEAPOLI? quoties Imperiis & Regnis, Ducatibus & Provinciis, oppidis & Castellis

sub pœnâ capitis probrosè interdictus fuit? quod contumelias, convitia, confusiones & impropria pro CHRISTO sustinuit? quoties luto & faxis turpiter impetitus, declinare debuit? quoties dirissimè vapulavit fustibus & nervis? quàm lethaliter chalybe, ferro, gladiis vulneratus, cruentatus? quàm gloriose & cordatè, septuagesimo suæ ætatis anno, BUGIÆ à SARACENIS lapidibus obrutus, & inter victoriosos Martyres S. R. Ecclesiæ annumeratus est? RAIMUNDUS LULLUS, incomparabile tertii S. FRANCISCI Ordinis decus, denique à Januensibus Mercatoribus palliolo tectus, & in Fratrum Minorum Conventum Majoricarum navigio allatus, atque sepultus fuit, ubi magno honore ac veneratione, à Balearibus incolis colitur. Quapropter etiam Apostolicâ Autoritate persolvitur ibi Divinum Officium in ejus Festo, legitur Missa, & Reliquiæ venerantur. Sed & in Gener. Capitulo, die 5. Junii, Ann. 1688. ROMÆ celebrato, Schola Lulliana, pro Majoricarum Provinciâ, ad publicos Actus, Theses & Disputationes determinatur. GRAVINA. ARTURUS. MAZARA. INNUMERI. STATUTA GENERALIA. NICOLAUS CAUSSINUS *To. 4. Curie Sanctæ, Tract. 1. Sect. 31.* Plura de Beatitudine B. RAIMUNDI LULLI videri possunt in nostro Primo Libro, de Deo ad intrâ, & ad extra consistente & operante, Typo Colonienfi, vulgato, sicut & in nostrâ Disser-

... de Lib...

... Mag...

PRÆ...

Approbat...

MUN...

Rever. R. P. M...

Provinciæ ad...

77 Bibliothec...

L. LENTII, in...

... Libros LULLI...

... pagina De...

MICHAELI...

... page De...

& Reverendiss...

DE CHYROG...

& per HISPAN...

len. In eod Apo...

probat Libroru...

neus, quatuor...

piscop, una A...

ran, & quatuor...

Circulari...

DENTINO ab...

rantque, e...

proberimen...

L. Tetta oc...

agens eandem...

feratione de Libertate indifferentiæ in Deo,
Typo Moguntino, vulgatâ.

PRÆMITTITUR

Approbatio Librorum B. RAIMUNDI LULLI.

Refert R. P. MARSAL in arte Brevi, in
Præfatione ad Lectorem, ut sequitur:

IN Bibliothecâ Regaliâ Conventûs S. LAU-
RENTII, en el Escorial de Madrid, inter
alios Libros LULLI Manuscriptos extat A-
pologia Doctrinæ Lullianæ, per DIMAM
MICHAELEM ELNENSEM, artium &
sacræ paginæ Doctorem, ad Illustrissimum
& Reverendissimum Dominum CASPAREM
DE CHYROGA Episcopum Conchensem,
& per HISPANIAM Inquisitorem Genera-
lem. In quâ Apologiâ habetur sequens Ap-
probatio Librorum LULLI. Patriarcha vene-
retus, quatuor Archiepiscopi, quatuor E-
piscopi, unus Abbas, duo Generales Ordini-
um, & quatuor Doctores, ex omni ferè
Christianitate, à toto CONCILIO TRI-
DENTINO selecti, approbârunt, decreve-
runtque, expurgandam esse quamcunque im-
probarionem Librorum RAIMUNDI LUL-
LI. Testis ocularis hujus approbationis est,
Agens causam LULLI in TRIDEN. CONC.
Doctor